



MARTINVS HAY-  
NECCIVS HENNINGO  
GROSIO BIBLIOPOLAE  
Lipsensi S.

**O** Res putidula & proterua Grosi;  
Secl' iniuria, vis in officinas  
Feroce Orbilio ferociore:

Romanum Latiae sonum loquela  
Germani pueros licenter oris

Magnis poscimus ausibus minaces.

Nec recte ratio viae modusue  
Dicitur rudibus per atra tesqua:

Nec rite Ausonio praetur ore:

Exemplarue decens venustiorum  
Verborum datur aut locutionis.

Vt multum, temere profata quavis

Latino male vendicamus ori,

Hoc est, curuigrado quod ille cancer  
Patri filius edidit monenti:

I recte genitor: praei, sequamur.

Corderus videt hoc, pati que nescit:  
Et qua se pietate, quo decoro:

Quibus Literulis probat togatis:

Annis & quibus, vsibus que seris.

Discentum tenet & vias docentum:

De casta pietate, de decoro

Et